



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte,  
Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola XI. Ad P. Martinvm Levalleio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

## EPISTOLA XI.

AD P. MARTINUM LE-  
VALLEIOHORTATUR AD ACCE-  
PTANDVM PROCVRATO-  
RIS OFFICIVM.*Pax Christi.*

**F**elix, faustaque sit recens col-  
lata Sacerdotij dignitas. Vita  
tus coelestis panis ac vini, quibus  
se quotidie reficit, robur Reveren-  
tię Vestre addet ad integrę imple-  
ndum Procuratoris officium, iteroq;  
quantumvis difficile, haud magno  
labore conficiendum. Egi quod  
meorum erat partium apud P. Pro-  
vincialem, credo & Reverentiam  
Vestram suis non defuisse. Si igitur  
P. Provincialis his omnibus insu-  
per habitis ita de Reverentia Ve-  
stra constituit, forti animo eruci-  
humeros, mi Pater, subiciat, eam-  
que ferat, usque dum sub illa cadat,  
& mo-



LE.  
CCE.  
TO.  
ens col.  
as: Vir.  
quibus  
everen-  
plen-  
a, itérq;  
magno  
i quod  
P. Pro.  
entiam  
Si igitur  
s infu-  
tia Ve-  
o eruci  
t, eam-  
a cadat,  
& mo-  
& moriatur; JESVM ducem suum  
sequendo. Illud sibi certò persua-  
deat, etsi desolationes, distractio-  
nes & siccitates, & alia pati oporteat  
in eo munere, tamen ea omnia nihil  
obstare spiritui: quia DEVS novit  
obediētibus per opus, quod agunt  
ex obedientia, idem largiri, quod  
per meditationem & orationem  
affecuti fuissent. Quod ubi probaverit  
aliquandiu, ac ne tum quidem oneri  
huic parem se viderit, licebit necessi-  
tatem suam proponere P. Rectori; qui  
verè, uti & P. Provincialis, paternum  
animum gerit, atque ad suos juvandos,  
sublevandósque promptissimum. Ea  
tamen probatio non obiter facienda,  
sed omni studio, & conatu, satis  
ut fiat obedientiæ DEVS Reverentiam  
Vestram servet. Villa-  
garcia 29. Septembr.

Anno 1599.

EPISTO-